







Rationes quibus Pres<sup>s</sup> Dominicani et nomine illorum Magr<sup>r</sup> fr<sup>r</sup> Petrus  
Ioannes Saragoza de Heredia persuadere nititur non debere eis precipi, ut  
deinceps nullatenus dicant B. Virginem fuisse conceptam in peccato orig<sup>li</sup>.  
propter scandalum quod nascitur in Populo ex tali affirmatione;  
fuitles esse, et nullius momenti, et sic omnino  
repellendas ostenditur.

Decretum Pauli V<sup>ti</sup> quo opinioni affirma: i  
impositum est silentium in actibus pub:  
icis extenderetur, nunc per alterum decretu  
actus priuatos potius dicenda esset de:  
uetio predicti decreti quam extensio illius.

Quod sicut per dictum decretum non fue-  
runt destructe alie constitutiones Sti 4<sup>ti</sup> et  
Pij V<sup>ti</sup> sed potius confirmate extra illos  
casus expressos quos sua stas de nouo  
prohibuit (sicut in ipso decreto continetur)  
ita si nunc aliqua prohibeantur uel  
prohibita extendantur non erit predictu  
decretum destructu, sed potius illud con:  
firmare in omnibus alijs que expresse pro:  
hibita non fuerint. Quod autem Ecclesia  
Sancta nouas faciat Constitut<sup>s</sup> uel pro:  
hibitiones iuxta exigentiam populi Chris:  
tiani nullus unquam reputauit in conue:  
niens, sed maxime conueniens imo ne:  
cessarium.

et contra Sancte Sedis Ap<sup>ca</sup> et ipsius Ecc<sup>ca</sup>.  
Athenica Romana auctoritatem, quia dero:  
garet Constitutioni Sixti 4<sup>ti</sup> ab uniuersa  
Ecc<sup>ca</sup> in Conc<sup>o</sup> Tri<sup>no</sup> insinuate et alijs  
Pij V<sup>ti</sup> et Pauli V<sup>ti</sup> constitutionibus  
ead. Sta sede Innouatis et confirmatis

Hec ratio credit in idem, et maxime  
derogatur aucti Ecc<sup>ca</sup>. quod predicti Pres<sup>s</sup>  
in gubernium ipsius se intromittant, et di:  
cant, esse contra auctem illius facere id  
quod toties factum est in Ecc<sup>ca</sup>. Unde  
predicta Ratio potius meretur nomen  
temerariae presumptionis: Sufficit enim  
quod aliquid factum ab Ecc<sup>ca</sup> sit ad hoc  
ut ab oibus ecc<sup>ca</sup> filijs conueniens iudican  
debeat.



3. Reprobaret omnino predictam sententiam affirmatiuam, et ei prauidium max<sup>m</sup> inferret contra ptum Pauli decretum et alias constitutiones

Sicut ista sententia non fuit reprobata eo quod in actibus publicis affirmatiuam non est permissum ita non est oio reprobata per hoc quod etiam in conuersationibus particularibus silentium ei imponatur dum mocho assensus interior non prohibetur usque ad ultimam diffinitiohem, et quae rei necessitas uel utilitas prouenit eoque in conuentibus dicitur B. Virginem in peccato origi<sup>li</sup> fuisse conceptam, nam et uerbis star. Celestini Pape in Ep<sup>ist</sup> ad Melanionem: Scimus quod ille caueat qui precepit contentiones, eo pugnas legis esse uitandas. Sunt enim iniqui inutiles, et uide ad Tim. 3. quod inuatum, et inutile iudicatur nemo dubitamine minime futurum.

4. Maximam frogaret iniuriam doctrine Sanctorum Patrum et ipsius auctorem eneruaret in detrimentum et opprobrium Eccl<sup>ie</sup> Cath<sup>olice</sup> et gaudium, et exultationem haereticorum.

4i. Haec propositio uidetur scandalosa. Cum enim iam per dictum decretum Pauli v<sup>ti</sup> pontum sit silentium opinionum affirmatiuam in actibus publicis absq<sup>ue</sup> iniuria doctrinae Sanctorum Patrum, non potest dici quod silentium in actibus priuatis esset contra auctoritatem illorum absq<sup>ue</sup> prauidio ipsorum. Praeterea quia ex omnibus Patribus qui uictus magis adducit tamquam expresse dicentes B. Virginem contraxisse peccatum originale solus unus. S. Antoninus id aliter ueranter, et absq<sup>ue</sup> contradictione affirmatiuam

et quasi omnes alij sunt falsificati sicut iam demonstratum est in alia informatione. digni igitur punitione sunt, et omnino repellendi qui auctoritates Sanctorum corruptas afferunt in conspectu Ecc<sup>le</sup>, cum quibus act<sup>us</sup> illius impedire nituntur. Hoc uere gaudium et exultatio hereticorum esset, si sciunt Eccl<sup>e</sup> filios iam litteras Sanctorum uitiare ut sancti dicant quod ipsi uolunt et non ipsi quod sancti loquuntur.

Derogaret Tertim integritati Sancti Thomae, toties a Sancta Sede apostolica commendata, et a stis Aplis Petro et Paulo atq a B<sup>ea</sup> Virgine Maria usq filio approbata.

5. Doctrina St<sup>i</sup> Thomae in communi laudata satis est, et merito non tamen in particulari quae propositio illius tanquam dogma fidei tenenda est; cui si per impositionem silentij in actibus publicis non fuit derogatum nec etiam derogabitur per silentium in conuenticulis parlantibus.



2<sup>o</sup> Respondeo id quod Augustinus lib. 1<sup>o</sup> contra donatistas c. 8. loquens de Sancto Cypriano. Cum enim (inquit) tantimenti tanta Ecc<sup>le</sup>, tanti peccatoris, tanti oris tanta ueritatis episcopus aliud de baptismo arbitraretur quam erat inquisita diligentius ueritas firmatura est et Paulo miserius ait; sed non erat filius perditionis qui tanta cordis illuminatione praeditus propterea non uidit aliquid, ut pereum aliud super eminentius uideretur etc. Idem Augustinus in lib. 2<sup>o</sup> cap. 1 sic ait, Si potuerit inquit Petrus conuentatis Regulam quam postea tenuit Ecclesia cogere gentes in daizare; Cur non potuit

Cyprianus

Cyprianus iuxta Regulam Veritatis quae  
postea tota Ecclesia tenuit cogere hereticos  
scismaticos denuo baptizari. puto quod  
sine ulla sui contumelia Cyprianus episcopus  
Petri comparatur. Idem in c. 8. ait sic  
nec arbitror B. Cyprianum propter aliam  
contra consuetudinem quid sentiret libe-  
rius exprompsisse, prioremque dixisse  
nisi ut alium si episcopus esset cui esset  
melius reuelatum gratissime acciperet  
et ostenderet imitandam, non solum  
docendi diligentiam, sed etiam dicendi  
modestiam, nam et illud sic intelligitur  
quod ait Apost. 1. cor. 14. Propheta  
duo uel tres dicant, et coeteri diuini dicant  
quod si alij reuelatum fuerint sedenti  
prior tacet. qua in parte inquit Cy-  
prianus locuit, et ostendit multa in  
gulis in melius reuelari, et debere  
unumquemque non pro eo quod semel  
imbiberat, et tenebat pertinaciter cog-  
noscere, sed si quid melius, et utilius  
extiterit libenter amplecti. Haec Au-  
gustinus, ad cuius similitudinem  
credimus quod nulla fit iniuria.  
Thomae si Petri et Cypriano com-  
paratur. —

Nullus negat primum propositionem B. Thomae  
sic intellectam de lege ordinaria Catho-  
licam esse, et conformem doctrinae Ap-  
toli. At ipsi Dominicani qui adhuc sub illa  
propositione volunt B. Virginem comprehendere  
et illos qui eo privilegio illam a tali lege  
ordinaria exemptam fuisse affirmant

Et qui dixit sanctum Thomam in quaest. 6.  
asserere in fide errasse cum idem conte-  
quenter de Beato Ap-  
tolo Paulo eandem  
propositionem asserente dicat, tanquam  
uehementer de heresi suspectus et  
perniciosus ex eo quod S. Thom. 1. 2. q. 2. f.

81. art. 3. et alibi dicitur quod secundum  
fidem Catholicam firmiter est credendum  
quod omnes homines propter solum  
peccatum <sup>et</sup> Adam derivati peccatum  
originale <sup>et</sup> Adam contrahunt, alio-  
quin non omnes indigerent redemptione  
quod est per Christum quod est erroneum.  
Colligunt predicti dictam propositio-  
nem esse condemnatam et tanquam er-  
roneam in constitutionibus aplice.  
Ceterum nescierunt, neque intellexerunt  
et in tenebris ambulant; non perci-  
pientes S. Thomam dictum esse et  
Pauli Apostoli, et secundum legem  
ordinariam, et eodem esse intelligendum  
quemadmodum et dictum Pauli, omnes  
in Adam peccaverunt, et omnes nas-  
cimur filii irae. Quare sicut dictum  
Apostoli quia secundum legem ordinariam  
est intelligendum absolute probatum  
quod de fide et blasphemia quis diceret  
quod Apostolus in illo erravit in fide  
mentis propterea esset tanquam here-  
ticus puniendus; sic et isti qui pro-  
ferunt eandem cum Apostolo sententiam in  
fide S. Thomam errasse publicarunt  
tanquam blasphemum S. Thomam ca-  
lamniatores, et ipsarum Pontificum  
constitutionum contemptores, et con-  
culcatores severe sunt obviandi  
puniendi, et repellendi.



252 222<sup>3</sup>  
obviant; Ipsi inquam sunt qui talem  
notam erroris suo Sancto Doctori imponunt,  
irridentes responsum nostrum quando dicimus  
Apostolum, in predictis verbis, et omnes S. Th.  
qui sic generaliter loquuntur de lege ordinaria  
intelligendos esse. Si igitur haec explicatio ad  
defendum S. Thomam ab errore in  
d. loco deservit, ergo nullum argum.  
Sumi potest contra B. Virginem ex illa  
et similibus locutionibus, quae de lege ordina-  
ria intelligenda sunt. Unde illi qui dictam  
propositionem S. Thomae, et alias similes  
applicant nunc B. Virgini ipsamque  
propositionem opponunt negativam, et  
pro sententia nescio qualiter ab errore  
possunt se, et suum doctorem excusare  
cum hoc condemnatum sit tanquam erroneum  
in Epistola Sixti 4. quae  
notam erroris imponit eis qui dixerunt  
et senserunt opinionem negativam de con-  
ceptione B. Virginis esse fidei contrariam.  
Contrariam autem fidei illam appellat  
qui opinionem affirmativam secundum fidem  
tenendam esse affirmat. Error igitur  
non reperitur in verbis S. Thomae  
ut ab ipso pro probatis, sed ut a suis  
discipulis male applicatis, a quo licet  
S. Thomas liberetur; ipsi tamen appli-  
cantes dictam <sup>sententiam</sup> ~~sententiam~~ B. Virgini, et opi-  
nioni negativam liberari minime possunt.  
neque aliud in contrarium est Bulla  
Eugenij, colligitur, quae solum affirmat  
indigere redemptione, et gratia Christi qui  
sine peccato conceptus, natus, et mortuus  
fuit



Est laqueus paratus ad capiendas fide-  
lium animas et demonis Domino subijcien-  
dum in infernum detrahendas.

fuit, quod ratio Nos non negamus in  
B<sup>a</sup> Virgine quam perfectissime ab  
ipso redemptam profiteamur, et per eius  
gratiam a peccato servatam; Et nequa  
qualiter sine patre pro verba in favore  
sua opinionis offerat in quibus Pontifex  
sepe equaliter docet xpm sine peccato  
conceptum, et natum. quod si hoc  
liceret inferre B. Virginem in peccato  
conceptam fuisse, ita, et natam exortum  
quod abicit.

7. Hoc propositio temeraria videtur (ne  
dicam erronea) quo decreta Eccl<sup>e</sup> facta  
vel facienda ad evitanda scandala  
laqueum diaboli appellat et de filijs Eccl<sup>e</sup>  
temerarie iudicat, quod ipsius decretis  
non obediunt, et sic in infernum animas  
suas delucunt. fuit ne laqueus diaboli  
decretum Pauli vti silentium imponens  
parti affirmativa in actibus publicis.  
Abicit, ut quid ergo laqueus diaboli erit  
decretum imponens silentium eidem  
opinionem in actibus privatis? Alij (im-  
quit bonus magister) sciendi docendi  
et alij docendi affectu contra tale decre-  
tum facient: Conceptum enim sermonem  
quis poterit continere? O Validam ra-  
tionem ad tale iudicium inferendum  
Recordari debuit illius Apli ad Rom.  
12. Non plus sapere quam oportet sapere  
sed sapere ad sobrietatem. Scia n. quod  
scriptis Eccl<sup>e</sup> condicit non virtus sed vitium  
appellari debet, unde dicere quod in tali casu  
non poent ipsi obedire, in magna ipsorum iniuria  
et Eccl<sup>e</sup> contemptum uestitur.



Scandala quae à sent. negativa Defenso: X.  
ribus allegantur cum iam experientia  
fide et malitia procedant, contemnenda  
sunt, neq. proscripta et aliquis contra  
sentiam affirmatiuam Innuandum; quin  
potius scandalis putillos propter reddita  
iam rationem in malignantiu natura  
commutatis, debet à ss. decreto Pauli  
v. nunc reuocari, si ut et ipse fuisset,  
qui postquam plene de hac causa fuit  
informatus, penitens decretum facti di-  
cere consueuerat, si decretum non fuisset  
editum, nunquam amplius illud  
condidisset.

Ad rationem dubitandi Respondetur et 11.  
his quo S. Thomas tradit 2. 2. q. 43. art  
7. ubi ait quod bona spiritualia quae sunt  
de necessitate salutis non sunt permittenda  
proprie

Temerarie etiam hinc indicat omnem  
quasi populum xpianum in Regnis  
Hispaniarum, et Indiarum et malitia  
scandalizatum fuisse, et ipsorum scan-  
dalum esse malignantium. quod si  
uerum fuisset, omnes illi et peccatu  
mortale committerent, et in illo per-  
leuerarent. Quomodo igitur huiusmodi  
iudicium sine grauius peccato haberi  
potest? Unde constat dicto P. in malitia  
et malignitas illius scandalum  
lum vix uidere potuit quia publicum  
et vniuersale est; Interiores tamen  
conscientias ad diuindicandum ma-  
litiuam quomodo <sup>seruatur</sup> seruat? et  
quomodo ptuadet contemnenda  
esse scandala tot Regnos, quod  
xpianis. Scandalum unius pusilli  
contemnendum non est precipit.  
An non timet illam sentiam? Matth.  
18. qui autem scandalizauerit unum  
ex pusillis illis, qui in me credunt,  
expedit ei ut suspendatur molla  
asinaria in collo eius et demergat  
in profundum Maris? Preterea dicere  
quod Paulus v. non plene informatus  
fuit illud decretum quod factum est  
cum tanto Consilio Sacrae Congregationis  
temeritatis, et audacia est.

Si predictus Pater talia uerba S.  
Thome et eius intentum consideraret  
non adduceret illa ad nunc propositum  
loquitur enim de bonis spualibus, quae

propter scandala passiva vitanda. Si autem  
 non sunt de necessitate salutis aut scan-  
 dala passiva procedunt ex malitia cum his  
 aliqui volunt impedire huic spualia bona  
 et tunc non sunt dimittenda spualia  
 sed contemnenda sunt scandala. tale  
 fuit scandalum fariseorū qui de doctrina  
 Dni scandalizabantur quod esse contemnen-  
 tum Dni docet Math. 15. Aut scandala  
 passiva procedunt ex infirmitate, et  
 ignorantia qualia sunt scandala punit  
 torum: et tunc spualia bona vel ocul  
 tanda, vel interdum sunt differenda  
 ubi periculum non imminet, quousq; redita  
 ratione huic scandala cessent. Quod  
 post redditam rationem huic scan-  
 dala durent iam videntur ex malitia  
 procedere et tunc non sunt propterea  
 spualia bona dimittenda.



Sunt de necessitate salutis, uel semper  
 uel pro aliquo tempore, qualia sunt opera  
 misericordie. Dicere autem quod B.  
 Virgo habuit peccatum orig. nung; de necess.  
 salutis. Et ut obliget docere illud cum scandalo  
 propinquo, dicente Paulo ad Rom. 14. Bonu  
 est non manducare carnem, et non bibere  
 vinum, nec in quo frater tuus offenditur  
 aut scandalizatur; tu fidem habes penes  
 te metipsum, habe coram Deo. in quem  
 locum Sanctus Thomas sic prosequitur.  
 Sed dicendum est, quod si scandalum  
 ex infirmitate uel ignorantia proue-  
 niat eorum qui propter hoc scandali-  
 zantur, ad uitandum hoc scandalum  
 debet homo a licitis abstinere, si non  
 sunt necessaria; hoc enim est scandalu  
 pusilloꝝ quod Dnus vitare iubet Math.  
 18. Vide ne contemnatu unu ex his pusillis,  
 et paulo inferui aut S. Thomas. fides  
 habes a quod te metipsum per quod constat  
 licitum est his abis uti, bona quidem et  
 laudabilij et fidei ita, sed habe illam  
 in occulto coram Deo, cui talis fides placeo  
 Bca. est. Id est beneplacitum est Deo  
 fides, et mansuetudo, quasi dicat, non  
 oportet qd fidem illam manifestes per opus  
 ex equitationem ubi hoc fit cum scandalo  
 propinquo. Hec S. Thomas. Si qd ab eo quod  
 secundu fide possumus dicere, sentire, et facere;  
 oportet propter scandalum abstinere, quanto  
 magis ab eo quod stat sub opinione ab-  
 stinendum est?

1. Quia illud scandalum dixit S. Thomas  
ex malitia procedere, cum sit aliqui uolunt  
impedire bona spūalia. At omnes fere  
negatiuo partis defensores in hoc unū  
contendunt et hoc unū certatim moluntur.  
ut scandalis ab ipsis ex industria conuictis  
sententiā affirmatiuam impediunt labe:  
factent, et penitus evertant.

2. Hoc Item constat ex contumelijs et  
Inurijs quas frequentissime in  
negatiua sententiā defensores, quibus sol  
inibitā et falsā de iustitiam suam  
de fide sententiā, alterius sententiā affi  
matiuā assertores appellat impios,  
et B. Virginis inimicos, ac infamatores,  
et alia similia proferunt, et maledico,  
nescientes his etiam contumelijs et  
opprobrijs S. Præs qui ita omnes  
sententiam afficeret.

12. Haec Propositio etiam temeraria  
uideretur affirmans quasi omnes defensores  
sententiā negatiuā. (qui sunt innumeri  
ex industria scandala conuicti et ad  
hoc Intentum in unum conuenire. quō  
modo enim tale Iud. habere potest  
quando d. scandala a Præbys Amicant  
orta sunt, in conuenticulis parlatibus  
ubi a nullo interrogati suam proferunt  
sententiā, illamque esse Sanctorum Patrum  
Cōm sensum affirmant. et quando  
contra decretum Pauli VI. illa p̄dicare  
ausi sunt, penitentibus Cuitatibus  
et vniuersitatibus: Et quibus unus  
ad q̄b qui penitentiam expertus adhuc  
sui delicti non poenitet, sed audacius  
et turbulentius de nouo indies delin  
quit, quia secundum imperitens cor  
suum thesaurizat sibi iram in die ira

13. Haec omnia ad libitū dicta sunt, quia  
nullus ignorat neutram ex duabus sententijs  
esse de fide, ut ita expresse a Summis Conti  
ficijs sit determinatū: sed nescio quid  
vtrum hoc ita sentiant qui iterum affi  
mat sententiā affirmatiuam esse omnium  
Sanctorum Præb. Si enim hoc esset verū  
iam de fide iudicari posset, nunquam  
erim Eccl. S. doctrinam omnium sanctorum  
Præb. in pub. ueluit, immo nec contra  
illam aliquid decreuit. Unde talis  
propositio non solum temeraria, verum  
quasi erronea iudicari debet.

Propositio

Propositiones, et rationes quibus Patres Dominicani probare nituntur non esse expungendum nomen Sanctificationis à Missali, et breuiario sui Ordinis in festo, vel officio Conceptionis B. Virginis Mariae. Futiles esse, et nullius momenti ostenditur.

Magr  
Joës Saragosa

expunctio nomen in Sacra scriptura  
entum, et ab Ecc<sup>a</sup> diu multumq<sup>ue</sup> teporis  
festo Conceptionis celebrando usurpatu,  
Sanctis Patribus perpetuo approbatu,  
sine eius infamia reijceret.



men Sanctificationis usitatissimum est  
Sacra Scriptura, et xpo applicatum,  
em pater Sanctificauit. Jo. 10. et quod de  
nascetur Sanctum uocabitur filius Dei  
e. 1. Applicatur etiam ab Ecc<sup>a</sup> B. Virgini  
illo loco psalm. 45. Sanctificauit tabernacu-  
um suum altissimus, quem S. Thomas affert  
de eadem Sma Virgine intelligit 3. p. 9.  
ar. 2. ergo non est, cur apud ordinem  
indicator incusu esse non possit tale nomen,  
suis libris deleri mereatur; presertim  
antiquissimo festo ab ipso sub hoc nomine  
celebrato.

terium quod in hoc festo ab Ecc<sup>a</sup> celebrat<sup>ur</sup>  
trius, et distinctius, et clarius, per Sanctificati  
am per conceptionis nomen explicatur.

liquide

1. Nunquam Ecc<sup>a</sup> tali noie ad collebrandu<sup>m</sup> firum  
Concept<sup>us</sup> usa est, sed solum permisit d<sup>omi</sup>nis Tribus  
illo uti, in bono tamen sensu; Nunc autem  
quia tali nomine abutuntur intelligentes  
cum D. Thom. 3. p. 9. 27. ar. 2. emundatione  
a peccato contracto, iustissime talis permissio  
auferetur. nec enim sancti Pres talem abusu  
approbarunt. Dicere autem quod est in fa-  
mia Ecc<sup>a</sup> mutare aliquod nomen in breui-  
ario, vel missali, plusquam temerarium ui-  
detur cum id sepius in Ecc<sup>a</sup> contigerit,  
et precipue tempore Pij VI, et Clementis  
8<sup>i</sup> qui Breuiarium reformarunt.

2. Nomen Sanctificationis Sanct<sup>us</sup> est, et in  
se ut applicatur ab Ecc<sup>a</sup> B. Virgini acco-  
modatissime, quia solum signat sanctitatem  
acceptam, per gram<sup>mat</sup> xpi, non tamen ut ap-  
plicatur à B<sup>o</sup> Thoma, et eius discipulis  
ibidem, intelligendo per ipsum, emundatione  
a peccato. in quo sensu nunquam Ecc<sup>a</sup> tali  
nomine usa est cum Beata Virgine,  
et eius purissima conceptione, quam concep-  
tionem Sanctam appellat, et ut Sanctam  
celebrat, et non esset Sancta si in ipsa  
contraheretur peccatum originale.

3. In hac ratione iste Pater toto coelo aberrat  
Ecc<sup>a</sup> enim in festo Conceptionis non celebra<sup>t</sup>  
Sanctate Virginis in comuni, sed in parlari

Sancti